

non comminuetis ex eo. Et iterum alia scri-
ptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogauit pilatum ioseph
abarimathia: eo quod esset discipulus iesu:
occultus autem propter metum iudeorum: ut
tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus. Venit
ergo: et tulit corpus iesu. Venit autem et ni-
chodemus qui uenerat ad iesum nocte p̄mum
ferens misturam mirre et aloes: quasi libras
centum. Acceperunt ergo corpus iesu: et liga-
uerunt eum linteis cum aromatibus: sic mos
iudeis est sepelire. Erat autem in loco ubi cru-
cifixus est mortuus: et in orto monumentum
vacuum in quo nondum quisquam positus
erat. Illi ergo propter parasceuen iudeo-
rum: facta erat monumentum posuerunt.

LAVS. XPO. VIVO. IESV.

PETRVS. VRSVLEVS. SCRIPSIT.